UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Haec Seqvens Ordinatio dominorum confoederatorum publice in ecclesia lecta est XXVIII. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

reliquiſſe. Dico ſicut prius, ſecundũ humanã conuerſationẽ, ibi namq; oſtẽdere uoluit mortẽ ſuã & aſcenſionẽ, quod oẽs credimus. Si aũt ipſe, uel certe aliquis alter uelit Chriſtũ non eſſe inuiſibiliter in ſacramẽto, illud oportet ut probetur literis ſacris, quod nondũ eſt factum, ideoq; & apud Chriſtianã eccleſiã manebo, & apud uerbũ Dei, Hoc eſt corpus meum. Ipſe uero quũ ſe fundet ĩ argumẽtis doctoris Oecolampadij, ego apud meas ſibi datas reſpõſiones ſum manſurus ſimilẽ faciẽs ad eũ ſicut ad Oecolampadiũ mentionẽ, quũ utiq; doleã me uidere quondã dilectũ diſcipulũ meũ, per errorẽ deficere ab opinione catholicæ eccleſiæ. Deus oĩm noſtrũ miſereat.

HAEC SEQVENS ORDINATIO dominorum confœderatorum publice in eccleſia lecta eſt XXVIII. Maij.

SIcut heſterno die & hodie ſecundo declaratũ eſt & exclamatũ, ſic eſt & mens ſeria dñoꝝ noſtroꝝ gratioſoꝝ Heluetioꝝ xij. cantonũ laudãdi fœderis nuntioꝝ conſulũ & ſententia. Si quis hic præſens eſſet, præcipue ex miſſis, qui prædicaſſet, opinaret, uel teneret, Chriſtianæ doctrinæ non conſonam, neq; conformẽ, doctoris Iohannis Eckij primã concluſionem, nominatim uerũ Chriſti corpus & eius ſanguinẽ præſentia eſſe in ſacramento altaris, huc accedat, & eandem concluſionẽ ſacris & diuinis literis impugnet, ut ſuum fundamentũ & eius opinio audiat ac intelligat, anteaq; aliæ concluſiones diſputari ceperint. Ex miſſis uero ſi quis nihil ad hoc diceret, neq; impugnaret, eius ſilentiũ non aliter acceptabitur, quam ut cum prima concluſione conſentiat, & eam ut Chriſtianam doctrinam teneat, & ita pariformiter in ſequẽtibus, cum alijs doctoris Eckij concluſionibus ſeruabitur. Qui uero aliquam concluſionum conabitur impugnare, illud faciat prætermiſſis inutilibus ſermonũ circumitibus, & alijs ſacris literis quam ab eo uel alijs prius inductis.